



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De iesu baptizato ca. xxxiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

# Euangelica

## Ubi ergo baptizaret iohannes

zaret iohannes miserunt a hierosolymis ad eum sacerdotes et leuitas ut interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est se neque christum esse. quod opinio publica habebat. nec heliam. nec prophetam. Et dixerunt. Quid ergo baptizas. Querierat de helia: et sub nomine prophete de heliseo quod in his duobus precesserat figura baptismi. et de baptismo christi legerat in prophetia ezechielis. Effundam super vos aquas mundas. Et ideo putabatur ad alium non pertinere baptismum et respondit. Ego quidem baptizo in aqua. Sed autem uestrum stat quem uos nescitis. ipse baptizabit uos in spiritu sancto et igne. In spiritu in baptismo. in igne in penitentia. Nec in bethania facta sunt trans iordanem ubi erat iohannes baptizans.

Potest figurari baptismus iohannis in capitulo ultimo anni baptismi. In sabbato anni ramos palmarum puerorum capti in ungebant oleo et abluiebant: ut nulla macula ibi remaneret. ita in baptismo omnia peccata delentur: et hoc in signum faciebatur.

De iesu baptizato. **Ca. xxxiii.**

## Ubi uenit iesus

in galilea in iordanem ad iohannes ut baptizaretur ab eo. Tres fuerunt causas per quod cur baptizaretur iesus a iohanne. Ut baptismum iohannis approbaret. Ut omnem humilitatem impleret et implendam doceret. Ut tactu sui corporis uim regeneratiua committeret aquis. et si forte non statim de uisum et institutione baptismi triplex est opinio ut in sententijs habet. Et ipse iesus erat incipiens quasi anno. xxx. id est tricesimum annum inceperat. cuius annis diebus eiusdem anni peractis. Et fin hoc uixit iesus tamen triginta duobus annis et dimidio. quia eadem die reuoluto anno conuertit aquam in uinum. et in sequenti pascha. id est in pascha tricesimi primi anni incarceratione iohannis. et in pascha sequenti. id est tricesimo secundo anni dimissionem collatam est. et in tertio paschate. id est tricesimo tertio anni passus est dominus. et ita uixit dominus triginta duobus annis integris et de. xxxiij. quantum fluxit temporis a natali usque ad pascha. quod per dimidio anni non computat Chrysostomus tamen dicit eum iam compleuisse tricesimum annum. in omelia decima in mattheu sic dicens. Post triginta annos uenit iesus ad baptismum: legem. et

terere soluturus. Propterea usque ad hanc etatem (que omnia sol et capere peccata) in legis obseruatione permansit ne quis diceret: ideo illum soluisse legem. quod cum non potuisset adimplere. et infra. Per triginta annos iustitiam legis adimpleuerat. et tunc uenit ad baptismum euangelium docturus. quasi cumulum cunctis obseruationibus legis imponens. Hoc autem dicit Chrysostomus occasione illius ubi quod dixit dominus. Sic decet nos implere omnem iustitiam. Et fin hac opinionem uixit triginta tribus annis integris. et tamen de. liij. quantum est a natali usque ad pascha. Iohannes autem prohibebat iesum dicere. Ego a te debeo baptizari et tu uenis ad me. Cur dicit se baptizandum iohannes. si uero sanctificatus et mundatus erat ab originali. uel saltem in circuncisione? Sed per se generum humanum intellexit. quod. homo per te debet mundari. Uel quantum ad plenitudinem mundationis se adhuc mundandum dicit. quod. etiam tam mundatus. per sanguinem christi plenus erat mundandus. sic quis accepto efficaci medicina per curam curatur dicitur: per effectum plenitudinem curandus. Cui iesus. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. id est. superabundantem humilitatem. Est ei debita humilitas subdere se maiori. propter deum. abundans subdere se parum. superabundans subdere se minori. quod. Ideo modo subdo me tibi minori ne dedignentur maiores a minoribus baptizari et regi.

Quod intelligens iohannes baptizatus est iesus tertio lapide a hiericho

De spiritu sancto et uoce patris.

Capitulum. xxxiiii.

## Factum est autem

cum baptizaretur fere omnis populus terre illius. et iesu baptizato et orate per baptismum ascendit iesus de aqua. Et ecce aperti sunt celi. id est inestimabilis splendor factus est circa eum. ac si celo aereo et sidereo referatis: splendor celi empyrei terris infunderetur. Et spiritus sanctus in corporalitate specie columbe uenit: et sedit super caput eius. quod pacto officio suo: in pacem materiam rediit unde supra fuerat. Et tunc agnouit baptismum quod

Ob si fuerunt heretici qui dicerent solo die epiphanie debere baptizari: nec dari spiritum sanctum si quis alio die baptizaretur. Ob quam heresim uinaculorum